



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

A 658276

BIBLIOTHECA GRAECA  
VIORUM DOCTORUM OPERA  
RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA  
CURANTIBUS  
FR. JACOBS & V. CHR. FR. ROST.

SOPHOCLIS  
TRAGOEDIAE.


RECENSUIT ET EXPLANAVIT  
EDUARDUS WUNDERUS.

VOL. II. SECT. III.  
CONTINENS  
TRACHINIAS.

EDITIO TERTIA  
QUAM CURAVIT  
N. WECKLEIN.



LIPSIAE  
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.  
MDCCXC.



888  
S5  
W39  
1889a



*Sophocles*

# SOPHOCLIS

# TRAGOEDIAE.

RECENSUIT ET EXPLANAVIT

**EDUARDUS WUNDERUS.**

---

VOL. II. SECT. III.

CONTINENS

**TRACHINIAS.**

---

EDITIO TERTIA

QUAM CURAVIT

**N. WECKLEIN.**



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCXC.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

4-25-30. 9444

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ

T R A X I N I A I.

## ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

---

**ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.**

**ΤΡΟΦΟΣ.**

**ΤΑΛΟΣ.**

**ΧΟΡΟΣ ΤΡΑΧΙΝΙΩΝ.**

**ΑΓΤΕΛΟΣ.**

**ΔΙΧΑΣ.**

**ΠΡΕΣΒΤΣ.**

**ΗΡΑΚΛΗΣ.**

---

Greek  
Narr.  
2-19-30  
20613

## I.

### FABULA HERCULIS QUALEM SOPHOCLES AD SCAENAM COMPOSUIT.

Hercules, Iove natus et Alcmena, Thebis partu editus, lunonem infensam sibi adversamque nactus (cfr. Hom. Σ 119) Eurystheo, filio Stheneli, nepoti Persei, servire coactus est (Hom. Τ 95 sqq., Θ 363, λ 620 sqq., Hymn. in Herc., Hes. Theog. 951). In ista servitute cum eos, qui impositi sunt, labores perfectit gravissimos, tum ipse plurima pericula suscepit. Ita non solum Graecorum maria saltusque purgavit immania monstra tollens (cfr. Pind. Nem. 1 61 sqq., III 24 sqq., Isthm. III 73 sqq.), sed etiam exteris terras easque remotissimas obiit neque ulla ex pugna inferior discessit.

Admirabilia eius facinora, quorum mentio ita in hac fabula fit, ut neque quando perpetraverit neque Eurystheine iussu sua sponte exegerit, declaratum sit, haec sunt:

Leonem Nemeaeum interfecit; bellum cum Gigantibus gessit; hydram Lernaeam occidit; pugnam cum Centauris et apro Erymanthio commisit; Plutonis canem tricipitem, Echidna natum, superavit; draconem, malorum aureorum custodem, in extremis terrae finibus devicit; innumerabiles alios labores pertulit (v. 1101 sq.).

Letalem ictum sagittarum eius fuisse ostenditur eo, quod Chironi immortali sagittae ictu vulnus insanabile inflixerit.

Multis annis ante quam mortuus est Hercules Pleuronem, urbem Aetoliae, Thebis profectus, Deianirae, filiae Oenei, procul exstitit.<sup>1)</sup> Quam cum antea Achelous, fluvius, quamvis invitam sibi in coniugium dari postulasset, ut sibi nuptum locaretur certamen cum illo Hercules intire coactus est.<sup>2)</sup> E quo cum vitor

1) Cfr. schol. ad Hom. Φ 194 Ἡρακλῆς εἰς Ἀιδον κατειλθὼν ἐπὶ Κέρθεον συνέτυχε Μελεάγρῳ τῷ Οἰνέως, οὐ καὶ δεηθέντος γῆμαι τὴν ἀδελφὴν Δητάνειραν ἐπανιλθὼν εἰς φῶς ἔσπενσεν εἰς Λίταλιαν πρὸς Οἴνεα. καταλαβὼν δὲ μηστευόμενον τὴν κόρην Ἀχελῶν τὸν πλησίον ποταμὸν διεπάλαισεν αὕτω ταύρον μορφὴν ἔχοντι. οὐ καὶ ἀποσκάσας τὸ δέτρον τῶν κεράτων ἐλαβε τὴν παρθένον. φασὶ δὲ αὐτὸν (ι. ἀν τὸν) Ἀχελῶν παρὰ Ἀμαλθείας τῆς Ὁκεανοῦ κέρας λαβόντα δοῦντα τῷ Ἡρακλεῖ καὶ τὸ ἕδιον ἀπολαβεῖν. δοκεῖ δὲ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι ποταμῶν μέγιστος εἶναι ὁ Ἀχελώος. διὸ καὶ πᾶν ὄδωρ τῇ τούτον προσηγορίᾳ καλεῖται. ἵστορες Πλέσαρος.

2) Cfr. schol. ad Hom. Φ 237 ἐντεῦθεν ὄρμηθέντες τὸν Ἀχελῶν

discessisset, Deianiram uxorem duxit. Quacum Pleurone relicta in eam regionem iter contendit, ut Evenum fluvium traicere deberet. Ad quem ubi venit, ipse quidem per fluvium meavit, Deianiram autem Nesso Centauro, qui pacta mercede homines trans fluvium vehebat, transferendum tradidit. Is cum Deianiram medio in flumine contrectare coepisset, magno ab ea clamore sublatio ab Hercule, qui praecesserat, reverso venenata sagitta transfixus est.<sup>1)</sup> Quo facto moriens Deianiram, ut, si quando Hercules alias mulieris amore exarsisset, delinimentum quoddam haberet, veneno, quo infecta sagitta fuit, permixtum cruentum, ex vulnere destillantem, in vase aliquo condere conditumque servare iussit.

Ex quo tempore Deianira nupta fuit Herculi, nunquam sollicitudinis ac timoris expers fuit. Perpetuo enim ille laboribus, ab Eurystheo impositis, occupatus erat. Quo factum etiam est, ut raro et breve ad tempus apud suos versaretur. Nihilominus plures ei ex Deianira liberi nati sunt, quorum natu maximus fuit Hyllus.

Quindecim mensibus ante obitum suum accidit, ut Hercules contumelias ulturus, quibus ab Euryto, rege Oechaliae (cfr. Hom. B 596, 730, φ 224 sqq., φ 27 sqq.), affectus erat, filium eius, Iphitum, cum Tirynthem venisset equas, quae patri abreptae erant, investigaturus, improvism de altissimo colle praecipitaret.

Propter eam caudem cum de sede sua fugere coactus esset, dum Deianira cum liberis suis Trachinem, urbem Thessaliae, ad hospitem concessit, ipse, quo iturus esset, celans uxorem testamento relieto ita ab ea discessit, ut exactis post abitum suum quindecim mensibus aut moriendum sibi fore aut omnibus periculis defunctum beatam transacturum reliquam vitam esse ostenderet: hoc enim sibi oraculo praedictum esse.<sup>2)</sup>

Intra tempus illud, quod procul a Deianira transegit, ut occisi Iphiti poenas expenderet ipsius Iovis iusu Omphalae, Lydae, per totum annum in servitutem venditus est. Ea finita cum frustra ab Euryto petisset, ut Iole, filia eius, sibi pellicis loco daretur, levi usus praetextu adversus Oechaliam, urbem Euboeae<sup>3)</sup>,

ἐταύρωσαν Ἡρακλεῖ ἀγωνιζόμενον. Ἀρχίλοχος μὲν οὐκ ἐτόλμησεν Ἀγελῶν ὡς ποταμὸν Ἡρακλεῖ συμβαλεῖν, ἀλλ᾽ ὡς ταῦρον. Ὄμηρος δὲ ποτὸς ποταμὸν καὶ ἥρως ἡγωνοθέτησε μάχην, Paus. III 18, 16 πεποίηται (scil. throno Amyclae insculptum) καὶ ἡ πρὸς Ἀγελῶν Ἡρακλέους πάλη.

1) Cfr. schol. ad Apollon. Arg. I 1218 σὺν τῇ γαμετῇ στελλόμενος ἀνείλεν ἐν Εὐήνῳ ποταμῷ Νέσσον Κένταυρον ὡς καὶ Ἀρχίλοχος ἴστορει.

2) De hoc oraculo vide quae ad v. 815 sqq. adnotata sunt.

3) Cfr. schol. ad Hom. B 596 ἦτι Θεσσαλίας ἡ Οἰζαλλα καθ' Ὄμηρον. οἱ δὲ νεώτεροι ἐπ' Εύβοιας πεποίηκασιν, Paus. IV 2, 3 Θεσσαλοί δὲ καὶ Εὐβοεῖς — λέγοντες, οἱ μὲν ὡς τὸ Εὐρύτιον, χωρίον δὲ ἔρημον ἐστι τὸ Εὐρύτιον, πόλις τὸ ἀρχαῖον ἦν καὶ ἐκαλεῖτο Οἰζαλλα· τῷ δὲ Εὐβοέων λόγῳ Κρεωφυλος ἐν

in qua ille regnabat, exercitum duxit. Urbe expugnata et rege omnique sexu virili occiso cum alias selectas mulieres, tum Iolem illam, pueram formosissimam, in servitatem abduxit. Ob reportatum autem victoriam dum in Euboeae promuntorio Iovi Cenaeo sacra parat, Licham praecomenum cum mulieribus illis Trachinem praemisit, qui salvum et in columem mox ipsum redditum esse nuntiaret.

Ea de re certior facta Deianira, ut caveret, ne omnem sui amorem Hercules abiceret et in Iolen transfunderet, beneficio illo, quod a Nesso accepit, vestem perungit perunctamque Herculi, ut eam Iovi sacra facturus gestet, Licham adserre iubet. Post eius discessum ubi vellus, quo usa vestem inunxerat, in solo abiectum sua vi absumi vidit, summa sollicitudine percellitur ac metu, ne Nesso vindictae ab interfectore sumenda ministram sese obtulerit, cum mox Hyllus reddit et matrem Herculi parasse interitum nuntiat. Ipse enim ante Lichae adventum ad patrem querendum missus suis viderat oculis, postquam Hercules vestem illam induit, quantam in calamitatem, tabificam medicamento vim exserente, coniectus esset. Vipereum enim sagittae virus toto corpore ardore suo carnes depasci coepit. Itaque vehementissimis doloribus cruciatus Hercules cum initio Licham, qui vestem attulisset, pestiferi mali auctorem esse credidisset, pede apprehensum ad prominentem e mari scopulum allisit. Tum navi impositum Trachinem se deferriri iussit. Haec simulatque audivit Deianira, necem sibi consciscit, antequam Hercules adfertur. Qui ubi in scaenam adlatus et de miserrima et indignissima calamitate conquestus ab Hylio comperit, quae totius mali causa esset, duo, quae olim acceperat, oracula recordatus cum mortem sibi iam instare intellexisset, Hyllum sibi rogum in Oeta monte exstruere atque Iolen post obitum suum in matrimonium ducere iubet. Quo facto postquam patri se oboediturum filius affirmavit, Hercules concremandus effertur.\*

## II.

### QUO TEMPORE HAEC FABULA DOCTA ESSE VIDEATUR.

Cum de tempore quo Sophocles hanc fabulam docuit nihil memoriae proditum sit, docti homines diversas rationes secuti alii ad primam, alii ad extremam poetae aetatem referunt, Dindorfius media fere aetate conscriptam esse maxime canticis chori cum pauciora et breviora sint quam in antiquioribus Sophoclis fabulis rariorque in iis sit metri dactylico-trochaici usus, comprobare conatur. Haec Dindorfii opinio valde eo commendatur quod perfectam artem miramur qua

\**Ηρακλεῖα* (intellegit epicum carmen quod *Οίχαλλας ἀλωσίς* vocabatur) πεντήκαιον ὁμολογούντα.

Sophocles et argumentum fabulae composuit et consilia affectusque principis personae Deianirae effluxit et conversionem fortunae cum moribus Deianirae coniunxit. Certum autem temporis argumentum probabiliter O. Hensius in libro perutili quod inscribitur „*Studien zu Sophocles*“ Lipsiae a. 1880 edito ex Eurip. Hipp. v. 545—553 quibus infortunium Iolae describitur repetit putatque hanc fabulam ante Hippolytum Euripidis i. e. ante Ol. 87, 4 sive a. 428 doctam esse.

Id tempus videtur nobis alio arguento confirmari et articulis finibus circumscribi. Nam verba Herculis venenata veste pereuntis v. 797

*ώ πατέ, πρόσελθε, μη φύγῃς τούμδν κακόν,  
μηδ' εἴ. σε χρή θανόντι συνθανεῖν ἔμοι*

vel maxime in memoriam revocant interitum Creontis una cum filia venenato vestimento necata morientis qualis describitur Eur. Med. 1204 sqq. Quae fabula cum Ol. 87, 1 sive anno 431 docta sit, probabile videtur Trachinias Sophoclem paulo post i. e. Ol. 87, 2 vel 87, 3 sive anno 430 vel 429 a. Chr. n. conscripsisse.

---

# ΤΡΑΞΙΝΙΑΙ.

## ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Λόγος μὲν ἔστ' ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανεῖς,  
ἄς οὐκ ἀν αἰῶν' ἐκμάθοις βροτῶν, πρὸν ἀν  
θάντη τις, οὐτ' εἰ χρηστός, οὐτ' εἰ τῷ πακός·  
ἔγὼ δὲ τὸν ἐμόν, καὶ πρὸν εἰς "Λιδον μολεῖν,  
ἔξοιδ' ἔχουσα δύστυχή τε καὶ βαρύν. 5  
ῆτις πατρὸς μὲν ἐν δόμοισιν Οἰνέως

V. 1. *λόγος — φανεῖς*] Notum est saepe a poetis Atticis *φανεῖσιν* eo sensu usurpari, ut nihil sit nisi 'edere, proferre'. Cf. Ant. 621 sq. *σοφίᾳ γὰρ ἐκ τὸν κλεινὸν ἔστιν* φανεῖσιν. O. R. 474 ἔλαυψε γὰρ — ἀρτίως φανεῖσα φάμα. Ibid. 525 *τούπος δ' ἐφάνθη, ὅτι* etc., ibid. v. 848 *ἄς φανέν γε τούπος* ὁδ' ἐπίστασο. Adde quae ad huius fab. v. 1144 monimus. Itaque vocabula *ἀρχαῖος φανεῖς* eandem notionem explicant quam *καλαίφατος* complectitur apud Aesch. Ag. 749 *καλαίφατος δ' ἐν βροτοῖς γένος λόγος τέντοται*, quamquam attributum *ἀρχαῖος* etiam auctoritatem dicti praedicat. Huius autem proverbii auctor cum Solon esse putaretur, scholiasta poetam anachronismi incusavit narrans de quibus Herodotus I 29—33 exposuit. Similia vide ad O. R. 1494 sqq. adnotata.

V. 2 sq. *ἄς οὐκ ἀν — κακός*] Non potest dubitari, quin hoc dicterit poeta: 'non posse te cognoscere vitam hominum, utrum fausta aliqui an infausta fuerit, antequam quis mortuus sit'. Ex more enim vulgari quod nomen in membro secundario, *οὐτ' εἰ* etc., poni de-

buisse videatur, *βροτῶν αἰών*, collocatum in membro primario est.

V. 3. *οὐτ' εἰ — οὐτ' εἰ*] Comparat de duplicato *οὐτ' εἰ* Neuius Platon. Protag. p. 312 C εἰ τοῦτο ἄγνοεῖς, οὐδὲ στοιχεῖδις τὴν φυχὴν οἰσθα, οὐτ' εἰ ἀγαθῷ οὐτ' εἰ κακῷ πράγματι. De iterato τῷ post τις vide Matth. § 487, 7.

V. 4 sq. *ἔγὼ δὲ τὸν ἔμὸν — βαρὺν*] Respondent haec locutioni Germaniae: 'an *meinem* Leben habe ich ein trauriges', pro qua ut nos vulgo malumus dicere: '*mein* Leben ist ein trauriges', ita Sophocles quoque, si vulgarem securus esset dicendi consuetudinem, potuit hic dicere: *τὸν ἔμὸν αἰώνα ὅτα δύστυχη*, sed maluit quod minus usitatum videretur ponere. Quanquam per se non potest inusitata locutio dici *ἔχειν τι τι*, veluti *γείτονα ἔχειν τινά*, 'viciunum habere aliquem', 'an jemand einen Nachbar haben'. Cf. v. 81.

V. 6. *ῆτις πατρὸς μὲν*] Opposito, quam securam esse *μὲν* particula ostendit, continetur iis, quae v. 27 sqq. dicuntur. Simillima ratio Philoct. 1.

ναίονσ' ἔτ' ἐν Πλευρῶνι τημφείων ὄκνον  
ἄλγιστον ἔχον, εἰ τις Αἰτωλὸς γυνή.  
μνηστὴρ γὰρ ἦν μοι ποταμός, Ἀχελῶν λέγω,  
δις μ' ἐν τρισὶν μορφαῖσιν ἔξηγει πατρός, 10  
φοιτῶν ἐναργῆς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος  
δράκων ἐλικτός, ἄλλοτ' ἀνθρείψ κύτει  
βούνηρφος· ἐκ δὲ δασκίου γενειάδος  
κροννοὶ διερράινοντο κρηναίου ποτοῦ.  
τοιόνδ' ἔγὼ μνηστῆρα προσδεδεγμένη 15  
δύστηρος αἱεὶ κατθανεῖν ἐπηρυχόμην,  
πρὶν τοῦδε κοίτης ἐμπελασθῆναι ποτε.  
χρόνῳ δ' ἐν ύστερῷ μὲν, ἀσμένῃ δέ μοι,  
δικλεινὸς ἥλθε Ζηρὸς Ἀλκιμῆρης τε παῖς·  
δις εἰς ἄγῶνα τῷδε συμπεσῶν μάχης 20  
ἐκλύεται με. καὶ τρόπον μὲν ἀν πόνων

V. 7. *ἔτ'* inseruit Erfurdt. Non videtur praeferendum quod Iernstedtius coniecit *ταύρος* ἢν *Πλευρῶν*. De hac urbe Aetoliae cfr. Hom. N 217 δις πάση *Πλευρῶνι* καὶ αἰπεινῇ *Καλυδῶνι* *Αἰτωλοῖς* *ἅπασσος*.

V. 7 sq. *τημφείων* — *ἔχον*] Recte scholiasta monuit vocabulo *τημφείων* significari *τημφείματα*, id est ‘nuptias’ sive ‘coniugium’. Itaque *τημφείων* *ὄκνον* *ἄλγιστον* *ἔχον* est ‘miserrimo metu nuptiarum premebar’. Varia lectio *ὅτιον* quam commemorat schol. minus apta videtur. — De locutione *εἰ τις* ad Oed. Col. 1646 admonuimus. De superlativo cfr. Eur. Androm. 6 γῆν δ' εἰ τις *διῆλη δυστυχεστάτη γυνή*. Hic *Αἰτωλὸς* pro *ἄλλη* positum de patria edocet.

V. 11. *ἐναργῆς ταῦρος*] ‘Purus putus taurus’, i. e. integri tauri specie; quod recte Hermannus monet dici propter sequentia, *ἄλλοτ'* *ἄνδρος*. *κ. β.*, ‘nunc capite taurino homo’. Vocabulum *ἐναργῆς* eodem sensu positum O. R. 635. Sine iusta causa Herwerdenus coniecit *κρατείης*, M. Schmidtius *ἐνόρχης* scribendum esse. De *ἄλλοτε* particula vide quae ad El. 739 adnotavimus.

V. 12 sq. *ἀνθρείψ κύτει βούνηρφος* *τε* Strab. X p. 458 reductum est. Libri exhibent *ἀνθρείψ τύπων* *βούνηρφανος*. De *βούνηρφος* significant *βούνηρφόσωπος* cfr. Aesch. Sept. 520 *βιάστημα καλλιρροφον*, quod explicat schol. *καλλιρρόσωπον*.

V. 14. *κροννοὶ* — *κρηναίου ποτοῦ*] I. e. ‘rivi aquae fontanae’. Scholiasta *κλήθος ὑδάτων*, ὡς ἀπὸ *κρηνῆς*. Cf. Philoct. 21 τάχιστοι ποτὸν *κρηναίου*, εἴπει ἔστι σῶν.

V. 15. *προσδεδεγμένη*] ‘Exceptum habens’, i. e. apud me in domo patris mei habens. Male vulgo interpretantur ‘exspectans’, de qua ratione vide quae dixi in Emendat. in Soph. Trach. Grim. 1841 p. 4 sq.

V. 17. *τοῦδε κοίτης ἐμπελασθῆναι τοῦδε προ τῆσδε* scripsi. Vide emendat. nostras p. 5 sqq. De significatu locutionis *ἐμπελασθῆναι τινος* vel *κοίτης τινός* ad Philoct. 669 diximus. De genitivo cfr. O. R. 1099 *Πανὸς — πατασθείσα*.

V. 18. *ἀσμένη — μοι*] Vide de hac dicendi forma Matth. § 388 d. Krueg. I § 48, 6, 4.

V. 20. sq. *εἰς ἄγῶνα — μάχης*] Dictum de hac locutione iam ad

οὐκ ἀν διείποιμ', οὐ γὰρ οἰδ', ἀλλ' ὅστις ἡν  
θακῶν ἀταρβῆς τῆς θέας, δοῦ ἀν λέγοι.  
ἔγω γὰρ ἡμην ἐκπεπληγμένη φόβῳ,  
μή μοι τὸ κάλλος ἄλγος ἔξευροι ποτέ. 25  
τέλος δ' ἔθηκε Ζεὺς ἀγώνιος καλῶς,  
εἰ δὴ καλῶς. λέχος γὰρ Ἡρακλεῖ κριτὸν  
ἔνστᾶσ' ἀεὶ τιν' ἐκ φόβου φόβον τρέφω,  
κείνου προκηραίνοντα. νὺξ γὰρ εἰσάγει  
καὶ νὺξ ἀπωθεῖ διαδεδεγμένη πόνον. 30  
νάφυσαμεν δὴ παιδας, οὓς κείνος ποτε,

Ai. 1136. Speciose clausulis ver-  
suum permutat Herwerdenus πό-  
νων ἔντεταλ με et τρόπον με-  
αν μάζης proponit.

V. 23. ἀταρβῆς τῆς θέας] 'Qui spectaculo non impletur formidine'. Exempla similia attulit plurima Math. § 345 not. vel Krueg. II § 47, 26, 9. — De locutione ἡν Θοκῶν ad Phil. 1191 dictum est. Sensus autem verborum hic est: 'haec enarrare possem, si impavida spectaviisse certamina, non summo metui obnoxia'.

V. 25. Schol. μή μοι τὸ κάλ-  
λος μὴ διὰ τὸ κάλλος ἄλγηδονι  
περιπέσω, τῷ Ἀγελάῳ γαμη-  
θεῖσα. De ἔξενοι, 'pararet' sive  
'consequeretur', cf. Philoct. 287 sq.  
γαστρὶ μὲν τὰ σύνφρονα τόξον  
τόδ' ἔγηρόισκε. huius fab. 284  
εὐροῦνται βίον. El. 1061 ἀφ' ὧν  
τὸ δρασιν εὐρωσι. ibid. 1305 αὐτῇ  
μάγης εὐρεῖν κέρδος.

V. 26. Schol. τέλος δ' ἔθηκε  
Ζεὺς ἀγώνιος ὁ πρύτανις τοῦ  
ἀγώνος. τὸ δὲ ὄλον οὔτως ἔχει.  
ὁ ἀγώνιος Ζεὺς εὐτυχεῖς τῷ  
ἀγώνι τέλος ἐπέθηκεν. ἐμοὶ δὲ  
οὐκ εὐτυχῶς εὐτυχῶς μὲν, ὅτι  
ἀπῆλλακε με τοῦ Ἀγελάον· οὐκ  
εὐτυχῶς δέ, ὅτι καὶ νῦν οὐκ  
ἡττον ἀγωνιῶ διὰ τὴν Ἡρα-  
κλέους ἀπονείσαν.

V. 28. Schol. ἔνστᾶσα· ἀντὶ<sup>1</sup>  
τοῦ συνειθοῦντος. Cf. Ai. 491  
ἔπει τὸ σὸν λέγος ἔντηλθον.  
Recte Hermannus: 'Congressu, in-  
quit, iungitur conubium, quo sit,  
ut συντάσσῃ, ut quod notionem  
verbi συνάψασα in se contineat,  
eodem modo, ut illud verbum, con-

struatur. Similiter Homerus, ἐμὸν  
λέγος ἀντιόσασ. Κριτὸν dicit,  
quod Hercules ipsam prae aliis  
sibi uxorem legit.' Malim κριτόν  
ad diiudicationem certaminis re-  
ferre. Cfr. El. 684 δρόμον οὐ  
πρώτη κότεις.

Ibid. Schol. τρέφω ἀντὶ τοῦ  
ἔχω, αὖξω. Vide ad Ant. 884.

V. 29. Schol. προκήραίνοντα·  
ἀγωνιῶσα, μεριμνῶσα κατὰ τὸ  
κέαρ, ὃ ἔστιν, ἐν βάθει βον-  
λενομένη. καὶ Εὐριπίδης (Hip-  
pol. 223) τὸ ποτ', ω τέκνον, τάδε  
κηραίνεις;

V. 29 sq. νὺξ γὰρ — πόνον]  
Dissentient in explicandis his ver-  
bis interpres. Ac primum quidem scholiasta, qui explicat νυκτὸς  
ἔρχεται καὶ νοκτὸς ἔξομπται  
ώς μὴ διαδοχήγ μοι τῶν πόνων  
γενέσθαι, ad εἰσάγει et ἀπωθεῖ  
supplet ἀντὸν i. e. Ἡρακλέα, ut  
sensus fere hic sit: 'nox enim,  
quae adducit, eadem dimittit, post-  
quam laborem exceperit i. e. qua  
enim nocte venit labore perfunctus,  
eadem rursus abit, novum laborem  
subiturus'. At hoc ex ipsis ver-  
sibus 34 sq. reprobatur nec dubium  
est, quin εἰσάγει — ἀπωθεῖ πό-  
νον coniungi debeant. Hoc minus  
certum, utrum de duabus conse-  
quentibus noctibus an de una ea-  
demque sermo sit. Illud commen-  
datur verbo διαδεδεγμένη, quo  
hic sensus ostenditur: 'quam cu-  
ram haec nox (somno) expulit,  
eam exceptam proxima reducit'.

V. 31 sqq. οὓς κείνος κότεις —  
ἄπαξ] Ad interpretandum hunc  
locum non sufficit dixisse, quod

γέντης ὅπως ἄρονδαν ἔκτοπον λαβών,  
σπείρων μόνον προσειδε καξαμῶν ἄπαξ.  
τοιοῦτος αἰών εἰς δόμους τε κάκ δόμων  
αἰεὶ τὸν ἀνδρ' ἐπεμπε λατρεύοντά τῷ. 35  
νῦν δ' ἡνίκ' ἄθλων τῶνδ' ὑπερτελῆς ἔφυ,  
ἐνταῦθα δὴ μάλιστα ταρρήσασ' ἔχω.  
ἔξ οὐ γὰρ ἔκτα κείνος Ἰφίτον βίαν,  
ἡμεῖς μὲν ἐν Τραχῖν τῇδ' ἀνάστατοι  
ἔνω παρ' ἀνδρὶ ναίμεν, κείνος δ' ὅπουν 40  
βέβηκεν, οὐδεὶς οἶδε πλὴν ἐμοὶ πικρὰς  
ἀδίνας αὐτοῦ προσβαλὼν ἀποίχεται.

Brunckius dixit, nulla addita explicatione, verba sic ordinanda esse: οὐδὲ καὶ γός ποτε προσειδεν ἄπαξ μόνον ὅπως γέντης ἄρονδαν ἔκτοπον λαβών προσειδεν αὐτὴν μόνον σπείρων καὶ ἔξαμῶν. Ita enim primum videri potest Hercules dici liberos, ex quo nati essent, semel tantum vidiisse; quod dici nullo pacto potuit. Deinde claudicare comparatio iure existimanda est, cum agricolam, quocum Hercules comparatur, agrum suum bis videre quotannis manifestum sit, qui sementis tempore et messis videre dicatur. Itaque hoc primum addi debebat, agricolam, cum dicatur agrum suum longe dissitum tantum sementis et messis tempore videre, sata agri illius semel quotannis videre hic significari. Ex quo continuo sequitur Herculem, qui cum istiusmodi agricola comparetur, cum semel dicatur sata sua (liberos suos) vidiisse, liberos suos semel quotannis vidiisse dici. Sensus ergo hic est: 'quos Hercules non saepius vidit, quam agricultura sata agri longe dissitti videt, in quem tantum sementis et messis tempore venit'. Denique noli putare ἄπαξ et ποτὲ non potuisse recte coniungi. Nam priore adverbio, quoties quid factum sit, indicatur; posteriore, quo tempore id factum sit, quod quis semel factum esse dixerit, non posse certo dici significatur.

V. 32. Schol. γέντης· γεωργός, ὁ τὴν γῆν ἀργαζόμενος. ἔκτοπον δὲ ἔχω καὶ πόρρω οὔσαν.

V. 34 sq. αἰών — ἔπειρπε] Poeticē vita ipsa facere id dicta est, quod scriptor prosaicus fieri per vitam dixisset. Cfr. Aī. 646 sq. 714. El. 39. 781 sq.

V. 35. Schol. λατρεύοντά τῷ ὑπερτελῆτα τῷ Εὑρωσθεῖ.

V. 36. Schol. ὑπερτελῆς ἔφυ· ἀντὶ ὑπὲρ τὸ τέλος γέγονεν. οὖν, τοῦ τέλους τῶν ἀθλῶν κρείτων ὥφθη, κατορθώσας αὐτούς. ἦ υπέρτερος αὐτῶν ἔστιν, ἐγκατῆτης καὶ ὑπεραγω. Repetendum potius ὑπερτελῆς ab ea voce τέλος quae 'munus' significat, ut sensus sit: 'nunc postquam certaminum horum munere perfunctus est'. Itaque ex Sophoclis mente Hercules non usque ad finem vitae Eurysthei servitutem passus est.

V. 37. ταρρήσασ' ἔχω] Vide ad Phil. 1334.

V. 38—41. ἔξ οὐ γὰρ — οὐδεὶς οἶδε] Rem latius exposuit poeta v. 270 sqq. Schol. ἔνω παρ' ἀνδρός: τῷ Κήνῳ δὲ τοι παρελαύνω ἐς Κήνωνα ἀνακτα. Nexus hic est: 'ex quo enim Iphitum occidit, dum ego extorris Trachine versor, ille ubi sit, nemo scit'. De βέβηκεν vide ad O. C. 52. Non opus est cum Brunckio ὅποι scribere.

V. 41 sq. πλὴν ἐμοὶ — ἀποζηταὶ] I. e. πλὴν ἐμοὶ, ἡνίκα απῆλθε, προσέβαλεν etc. Significat autem Deianira vocabulo ἀδειας tabellam, in qua oraculum prescriptum erat, de qua pluribus

σχεδὸν δ' ἐπίσταμαι τι πῆμ' ἔχοντά νιν.  
χρόνον γὰρ οἰχλ βαίον, ἀλλ' ἡδη δέκα  
μῆνας πρὸς ἄλλοις πέντε ἀκήρουντος μένει. 45  
κάστιν τι δεινὸν πῆμα τοιαύτην ἔμοι  
δέλτον λιπὼν ἐστειχε, τὴν ἐγὼ θαμὰ  
θεοῖς ἀρῶμαι πημονῆς ἄτερ λαβεῖν.

## ΤΡΟΦΟΣ.

δέσποινα Δγάνειρα, πολλὰ μέν σ' ἐγὼ  
κατεῖδον ἡδη πανδάκρωντ' ὁδύρματα 50  
τὴν Ἡράκλειον ἔξοδον γοωμένην·  
νῦν δ', εἰ δίκαιον τοὺς ἐλευθέρους φρενοῦν  
γνώμασι δούλαις κάμε χρὴ φράσαι τὸ σόν,  
πᾶς παισὶ μὲν τοσοὶσθε πληθύεις, ἀτὰρ  
ἀνδρὸς κατὰ ἕγτησιν οὐ πέμπεις τινά, 55  
μάλιστα δ' δυπερ εἰκὸς "Τύλον, εἰ πατρὸς

poeta egit v. 155 sqq. Scholiasta  
αὐτοῦ· ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ αὐτοῦ.  
Immo confer quae ad Ant. 11 uti-  
tata sunt. De vocabulo ἀδίνας ad  
Ai. 775 moutum est.

V. 48. Schol. σχεδὸν δ' ἐπί-  
σταμαι· ὑποκτενώ, ὑπονοῶ, οἰ-  
μαι. Quo significatu saepe ab  
Herodoto usurpatum id verbum  
esse constat.

V. 46 sq. τοιαύτην δέλτον i. e.  
eiusmodi (ad mortem suam perti-  
nentia) oracula in tabella scripta.

V. 47. ἔστειχεν ἦτορ probabilito-  
rem scripturam esse ostendit Dind-  
orfius ad O. C. 35.

V. 48. Schol. θεοῖς ἀρῶμαι:  
εὑχομαι μηδὲν λιπηρὸν ἐγγε-  
γραμμένον ἔχονταν λαβεῖν [κη-  
μοῆς ἄτερ].

V. 50 sq. πανδάκρωντ' — γοω-  
μένην] Verba haec, ὁδύρματα  
γοᾶσθαι, cum idem significant  
atque ὁδύρματα ὁδύρεσθαι, recte  
se habet accusativus τὴν ἔξοδον.  
Cf. quae exposui in Censura Ai.  
ab Lobeck. iterum edit. p. 39 sqq.  
Adiectivum πανδάκρωτος signi-  
fificat hic 'lacrimosum', sive 'id  
quod plenum est multis lacrimis',  
ut πανδ. ὁδ. γοᾶσθαι sit 'multis  
cum lacrimis conqueri'.

V. 51. Ἡράκλειον] Exspecta-

veris τοῦ Ἡράκλεους. Sed vide  
quae ad Ai. 134 adnotavi.

V. 52. Schol. φρενοῦν· τονθε-  
ταῖν, εἰς φρόνησιν ἀγειτ.

V. 53. Schol. τὸ σόν: τὸ σὸν  
συμφέρον, ἢ τόσον ἀντὶ τοῦ  
ὅλιγον. Immo 'quod ipsa sentire  
debet'. Cf. Eur. Iph. A. 1167  
λέξιν' τι φέσαις; ἢ ἐμὲ τῷ λέ-  
γειν τὰ σά; Alio sensu Soph. El.  
577 εἰ δ' οὐν, ἐρῶ γὰρ καὶ τὸ  
σόν κτε.

V. 54 sq. πᾶς — οὐ πέμπεις  
τινά] I. e. 'qui fit, ut, cum tot  
filii abundes, non mittas' etc. Cf.  
Math. § 622, 4. De dativo vide  
Krug. I § 48, 15, 9. Schol. ἡσαν  
γὰρ αὐτῇ παῖδες δὲ Ἡράκλεους  
Τύλος, Κτησιππος, Γίηνος, Οὐελ-  
της· ἔστι δὲ Ἡράκλεις καὶ θεός  
τοῦ Τύλος ἐκ Μελίτης.

V. 56 sq. εἰ πατρὸς — δοκεῖν] Ut alia verba nonnulla duplicum  
casum adsciscunt ita, ut altero ge-  
nus, altero species significetur, si-  
militer hic, cum ὥσταν τέμετι πα-  
τρός dictum esset, aliis additus  
genitivus est, τοῦ — δοκεῖν, ab  
eadem illa locutione aptus, quo  
prior ille genitivus accuratius ex-  
plicaretur, hoc sensu: 'si patris  
aliquam curam gerat, an ille rebus  
secundis uti videatur'. Similia

νέμοι τιν' ὥραν τοῦ καλῶς πράσσειν δοκεῖν;  
ἔγγυς δ' ὅδ' αὐτὸς ἀρτίπους θρόσκει δόμους,  
ῶστ' εἰ τί δοι πρὸς καιρὸν ἐννέπειν δοκῶ,  
πάρεστι χρῆσθαι τάνδρὶ τοῖς τ' ἔμοις λόγοις. 80

*ΔΗΙ.* ὡς τέκνον, ὡς παῖ, καξές ἀγεννήτων ἄρα  
μῦθοι καλῶς πίπτουσιν. ἦδε γὰρ γυνὴ  
δούλη μέν, εἰρηκεν δ' ἐλεύθερον λόγον.

## ΤΑΛΟΣ.

ποίον; δίδαξον, μῆτερ, εἰ διδακτά μοι.

*ΔΗΙ.* σὲ πατρὸς οὔτω δαρὸν ἔξενωμένον 65  
τὸ μὴ πυθέσθαι ποῦ "στιν αἰσχύνην φέρειν.

*ΤΑ.* ἀλλ' οἴδα, μύθοις γ' εἰ τι πιστεύειν χρεών.

*ΔΗΙ.* καὶ ποῦ κλύεις νιν, τέκνον, ἰδρῦσθαι χθονός;

*ΤΑ.* τὸν μὲν παρελθόντ' ἄροτον ἐν μήκει χρόνου  
Λυδῷ γυναικί φασί νιν λάτριν πονεῖν. 70

*ΔΗΙ.* πᾶν τοίνυν, εἰ καὶ τοῦτ' ἔτλη, κλύοι τις ἄν.

sunt cum alia tum Ai. 1062 sq.:  
αὐτὸν — σῶμα τυμβεῦσατ. In  
optativo νέμοι nemo haerebit, qui  
intellexerit in verbis praecedentibus  
hanc sententiam inesse: μάλιστα  
δὲ πέμποις ἄν Τίλον. De ver-  
bis πατρὸς νέμοι τιν' ὥραν cfr.  
Aesch. Eum. 627 μητρὸς τιμᾶς  
νέμειν.

V. 58. Schol. ἀρτίπους θρόσκει·  
ὅς εστιν, ἀρτίως καὶ ἡρμοσμένως  
τῷ καιρῷ πορευεται. Recta haec  
interpretatio. Vide quae ad El. 1083  
adnotata sunt. De accusativo δό-  
μους, ex θρόσκει apto, vide  
Krueg. II § 46, 2.

V. 60. Schol. τάνδρι· τῷ Τίλῳ.

V. 61. ὡς τέκνον, ὡς παῖ] Sic  
Phil. 260. Tum scholiasta: ἀγεν-  
ήτων· δυσγενῶν. Intellege ho-  
mines loco humili ortos.

V. 62. καλῶς πίπτουσιν] Me-  
taphora a talis deprompta. Cf.  
Blomf. gloss. ad Aesch. Ag. 31.

V. 63. δούλη μέν, εἰρηκεν δ'  
κτλ.] Consulto Sophocles mihi qui-  
dem videtur alio ordine verba po-  
suisse, quam quo ordine ponenda  
fuisse interpres judicant, quibus  
ἔλεύθερον δὲ λόγον εἰρηκεν di-  
cere debuisse videtur. Potuit autem

metri causa scribere: ἀλλ' ἔλεύ-  
θερον λόγον λέγει, sed maluit sic  
uti fecit scribere, ut hoc signifi-  
caret: 'haec enim mulier quanquam  
re serva est, sermone tamen, quem  
fecit, liberalem se ostendit'.

V. 64. Schol. εἰ διδακτά μοι·  
εἰ προσήκει μοι μαθεῖν.

V. 65. Schol. ἔξενωμένον· ἐν  
ἔτη διατερβοντος. Vide ad El.  
849.

V. 66. φέρειν Valckenarius re-  
stituit. Libri φέρει.

V. 68. καὶ ποῦ] Vide quae de  
καὶ particulae usu ad Oed. R. 990  
monui. Scholiasta ἰδρῦσθαι·  
διάγειν.

V. 69. Schol. τὸν μὲν παρελ-  
θόντ' ἄροτον· ἀντὶ τοῦ ἐνιαυ-  
τοῦ· ἀπαξ γὰρ τοῦ ἔτους ἄρο-  
ταται η γῆ. Sic rursus v. 825.  
De locutione ἐν μήκει χρόνου cf.  
Aesch. Ag. 615.

V. 70. Schol. Λυδῷ γυναικί·  
τῇ Ομφάλῃ. λάτριν δοῦλον.  
Pro φασὶ νιν λάτριν πονεῖν nescio  
an Sophocles scripscerit φασὶ λα-  
τρεῖαν πονεῖν.

V. 71. πᾶν κλύοι τις ἄν i. e.  
'iam nihil aerumnæ Herculi sus-  
cipienda inauditus est'.

- ΤΛ.** ἀλλ' ἔξαφεῖται τοῦδε γ', ὡς ἐγὼ κλύω.  
**ΔΗΙ.** ποῦ δῆτα νῦν ζῶν ἢ θανὼν ἀγγέλλεται;  
**ΤΛ.** Εἰβοῖδα χώραν φασίν, Εὐρύτον πόλιν,  
 ἐπιστρατεύειν αὐτὸν ἢ μέλλειν ἔτι. 75  
**ΔΗΙ.** ἀρ' οἶσθα δῆτ', ὃ τέκνον, ὡς ἔλειπέ μοι  
 μαντεῖα πιστὰ τῆσδε τῆς χώρας πέρι;  
**ΤΛ.** τὰ ποῖα, μῆτερ; τὸν λόγον γὰρ ἀγνοῶ.  
**ΔΗΙ.** ὡς ἢ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν,  
 ἢ τοῦτον ἄρας ἀθλὸν εἰς τὸν ὕστερον 80  
 τὸν λοιπὸν ἥδη βίοτον εὐάιων' ἔχειν.  
 ἐν οὐν δοκῆ τοιᾶδε κειμένῳ, τέκνον,  
 οὐκ εἰ ἔννερξων, ἡνίκ' ἢ σεσωμεθα,  
 [ἢ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἔξολωλότος]  
 κείνουν βίου σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθα ἄμα; 85  
**ΤΛ.** ἀλλ' εἴμι, μῆτερ· εἰ δὲ θεσφάτων ἐγὼ  
 βάξιν κατήδη τῶνδε, καν πάλαι παρῇ.

V. 72. Schol. ἔξαφεῖται·  
 ἀφεῖθη, ἀπηλλάγη τον δον-  
 λεύειν.

V. 74. Εἰβοῖδα — πόλιν] Verba  
 Εὐρ. χώραν verbis Εὐρύτον πό-  
 λιν accuratius explicant, ita ut  
 Hercules adversus Oechaliam, civi-  
 tatem Euboicam, exercitum duxisse  
 dicatur. De adiectivo Εὐρύτος vide  
 237 et Lobeck, ad Phryn. p. 89.

V. 77. τῆσδε τῆς χώρας πέρι] Cum haec oracula nihil habeant de terra, solent de Dronkii conjecturae scribere. Sed et τοῦτον τοῦ χρόνου scripsisset Sophocles et verba τοῦτον ἄρας ἀθλὸν v. 80 eodem modo ad expeditionem, non ad tempus pertinent. Itaque cum Deianira iam sciat in qua expeditione Hercules hoc ipso tempore versetur, de expeditione, non de tempore loquitur.

V. 78. τὰ ποῖα — ἀγνοῶ] Eurip.  
 Phoen. 707 τὰ ποῖα ταῦτα; τὸν  
 λόγον γὰρ ἀγνοῶ.

V. 80. τοῦτον ἄρας ἀθλὸν] De  
 usu activi αἰρειν ad Aiac. 129  
 diximus. Nihilominus haereo in his  
 verbis, siquidem ἀθλὸν αἰρειν et  
 ἀθλὸν αἰρεσθαι nihil significare  
 posse videtur nisi ‘laborem susci-  
 pere’. Atqui non ‘suscepto’, sed  
 potius ‘superato hoc labore’ Her-

cules debebat dici in posterum vi-  
 tam beatam transacturus esse.

V. 80 sq. Verba τὸν τοῦτον  
 τοιᾶδε ἥδη βίοτον cor-  
 rupta esse patet. Conicio Sopho-  
 clem αὐθὶς τοῦτον vel quod  
 verba τὸν τοιᾶδε ex glossemate  
 repentes praefero εἰς τὸν τοῦτον  
 γρόντον τὸν ἔνθεν βίοτον scrip-  
 sissem.

V. 82. Schol. ἐν οὐν δοκῆ  
 τοιᾶδε· ἐν κινδύνῳ καὶ ἐπὶ ἔν-  
 θοῦ ἀκρῆς λιταμένῳ, οὐ πορεύον-  
 στηλλόμενος αὐτῷ καὶ συναγω-  
 νούμενος;

V. 83. Schol. ἔννερξων τῷ πα-  
 τέλ. Male vulgo ἡνίκα explicitant  
 ‘quoniam’. Nunquam enim aliam  
 quam temporis significationem ha-  
 bet. Ita hoc quoque loco significat  
 ‘quando’, i. e. ‘eo tempore, quo’.

V. 84. Hic v. qui interrupit  
 sentientiam a Bentleio deletus est.

V. 85. ἢ οἰχόμεσθα] De syni-  
 zesi minus usitata cfr. ἢ εὐγένειαν  
 Eur. El. 1097.

V. 86 sq. Schol. εἰ δὲ θεσφά-  
 των ἐγώ. εἰ δὲ καὶ ἡ πισταμην,  
 ἢ προηκησειν, φησίν, ὅτι ταῦτα  
 προείπεν, καλαὶ αὐτῷ ἐγώ συμπα-  
 ημήν τοντον. De formula καὶ  
 πάλαι vide ad Ant. 289 sqq. Libri  
 κατήδην ει παρῆν: illud Brunckius,

νῦν δ' ὁ ἔνυθης πότμος οὐκ εἰα πατρὸς  
ἡμᾶς προταρθεῖν, οὐδὲ δειμαίνειν ἄγαν.  
νῦν δ', ὡς ἔννημ', οὐδὲν ἐλλείψω τὸ μὴ οὐ 90  
πᾶσαν πνθέσθαι τῶνδ' ἀλήθειαν πέρι.

*ΔΗΙ.* χώρει νῦν, ὡς παῖ. καὶ γὰρ ὑστέρῳ τό γ' εὖ  
πράσσειν, ἐπεὶ πύθοιτο, κέρδος ἐμπολῆ.

### ΧΟΡΟΣ.

(στροφὴ α').

"Οὐ αἰόλα νῦξ ἐναριζομένα

hoc Elmsleius correctit. Cfr. ad v.  
411.

V. 88 sqq. νῦν δ' — νῦν δ'] Alterum νῦν ad veritatem, alterum ad tempus pertinet, ut El. 1384 sq. Etiam Aesch. Sept. 21—24 νῦν intra paucos versus repetitur significazione paululum immutata. εἰα pro ἕστι Vauvillerius restituit.

V. 90 sq. οὐδὲν ἐλείψω τὸ μὴ οὐ κτλ.] Οὐ in libris omissum Brunckius addidit. Cfr. Krueg. I § 67, 12, 6. Tum verbis πᾶσαν ἀληθεῖαν περὶ τῶνδες πνθέσθαι hoc videtur significari: 'penitus explorare, qui sit eventus oraculorum'. De positu περὶ praepositionis confer Phil. 343. 621. Ai. 792 sq. 969. 1029. El. 1111. Ant. 70. 1012. Nulla interposita voce continuo post nomen, ad quod pertinet, praepositio posita est Ai. 950. 1281. 1279. El. 34. 412. 700. 707. Ant. 73. 288. 528.

V. 92 sq. καὶ γὰρ ὑστέρῳ — ἐμπολῆ] Hoc dicit: 'etiam serius venienti prosperae quidem res, ubi de iis audierit, lucrum afferunt'. Apertum est τὸ εὖ πράσσειν non eius intellegi, qui comperiat, sed illius, de quo comperiat. HERM. Deianiram non in scena remanere, sed abire cognoscitur ex verbis ὡς σάφ' εἰκάσαι v. 141.

V. 94—187. Accedit chorus, qui quae iam canit, eorum summa haec est: 'Te, qui cuncta cernis, Sol, invoco, ut, ubi Hercules commoretur, nunties. Summo enim cum desiderio Deianira de eius absentia assidue conqueritur, ne quid acci-

derit ei, metuens. At quanquam ille continuis ēt periculosissimis malis conflictatur, tamen dei aliqui auxilio nunquam non ab inferno arcetur. Quapropter rogo te, regina, ut bonam spem ne abicias. Neque enim cuiquam mortalium omni vacare dolore licet, sed semper prospers adversis Fortuna alternat. Nihil enim constans in vita humana est, ac modo hic, modo ille rebus secundis uitur. Quod te cogitare iubeo et bona sperare a Iove, qui nunquam liberorum suorum obliviscatur'.

V. 94. Schol. αἰόλα νῦξ· μέλαινα, ὡς οἱ γεάτεροι, ἡ κοινὴ διὰ τὰ ἀστρα, ἡ ταχεῖσα διὰ τὸ νυκτὶ θοῦ παρ', Ομηρος (M 463. cf. Buttii. Lexil. T. II p. 65). Comparavit iam Eustathius ad Hom. A p. 14 Aeschyli Ag. 276 εὐάγγελος μέν, ὥσπερ η παροιμία, ἔνας γένοντο μητρὸς εὐφρόσυνης πάρα. Similiter ibid. 291 τῆς γυν τεκούσης φῶς τόδ' εὐφρόσυνης λέγω. Add Theodect. fr. 4 p. 802 N. εἰσὶ πασίγνηται δισσαῖ, ὥν ή μία τίκτει. Τὴν ἐτέραν, ἀντὴν δὲ τεκοῦσ' υπὸ τῆσδε τεκνούτα. De adiectivo αἰόλῃ componit Hermannus Aesch. Prom. 24 ή ποικιλεύματα νῦξ.

Ibid. Schol. rec. ἐναριζομένη· φθειρομένη. Cfr. Hom. P 413 ἀκαχμένη δούρατ' ἔχοντες τωλεμές ἔγχοιμπτοντο καὶ ἀληλους ἐνάριξον, Pind. Nem. VI 60 πιὸν εὐτ' ἐνάριξεν ἀδός ἀκράς ἔχσος, Aesch. Ag. 1648 τι δὴ τὸν ἀνδρα τόνδ' ἀπὸ φυγῆς κακῆς οὐκ αὐτὸς ἡνάριξε;

τίκτει κατευνάζει τε φλογιζόμενον	95
Ἄλιον, Ἄλιον αἰτῶ,	
τοῦτο καρδῦξαι τὸν Ἀλκμήνας, πόθι μοι, πόθι μοι	
ναίει ποτ', ὃ λαμπρῷ στεροπῇ φλεγέθων,	
ἢ ποντίας αὐλῶνας, ἢ δισσαῖσιν ἀπείροις	
κλιθέες, 100	
εἰπ', ὃ κρατιστεύων κατ' ὅμιλα. 101	
(ἀντιστροφὴ α').	
ποθουμένᾳ γὰρ φρενὶ πυνθάνομαι	

V. 95. Schol. τίκτει· ἀντὶ τοῦ ἀνατέλλειν ποιεῖ. φλογιζόμενον· ἀντὶ τοῦ λάμποντα. Recete autem monitum a Nevio est ad v. κατευνάζει intellegendum esse partici-  
pium γεννωμένη.

V. 96. Schol. Ἄλιον. Ὁμηρος (Γ 277). Ἡλίος, δὲ πάντ' ἔφορος. Non dissimiliter nuntii partes suscipere Sol iubetur ab Aiace fab. cogn. v. 844 sqq. Idem in Homericō hymno Cereris interrogatur (v. 69 sqq.), quis Proserpinam rau-  
peruit. Adde Senec. Herc. Oet. 1516 sqq. et Nonn. Dionys. XXVII 269 sqq.

V. 97 sq. τοῦτο καρδῦξαι — ναίει ποτ'] Non haerendum est in coniunctis verbis τοῦτο καρδῦξαι τὸν Ἀλκμήνας. Nam nomen posterius, τὸν Ἀλκ., ex usu pervulgato coniunctum est cum verbo ηγρῆξαι, cum deberet elatum casu nominativo in membro relativo, πόθι — ναίει, collovari. Cf. ad v. 2 sq. Rectissime autem dicitur τοῦτο καρδῦξαι, πόθι μοι ὃ Ἀλκ-  
μήνης ναίει. Apte comparavit Seidlerus Eur. Hipp. 1112: εἴθε μοι εὐξαμένῳ θεοῖν τάδε μοῖρα παρασχοτ, τύχαν μετ' ὅλιθον κτλ. Alc. 37 ἢ τόδ' ὑπέστη, πόσιν ἐκλίνασσ' αὐτὴ προθαυεῖν. Heracl. 745 ἔστιν δ' ἐν ὅλῳ καὶ τόδ' οὐκ ὁρθῶς ἔχον, εὐψυχίας δόκησις. Adde Soph. Phil. 1327 oī nota nostra. Libri habent πόθι μοι πόθι μοι παῖς, delevit παῖς Porsounus. — Ceterum scho-  
liastam, qui ad πόθι μοι adnotari: λείπει οἶκει, διατρέψει, novum membrum incohari inde a verbis ναίει ποτέ putasse mani-

festum est. Atqui in promptu est videre verbum ναίει ad duo membra referendum esse, et ad πόθι μοι, et ad ἢ ποντίας αὐλῶνας etc.

V. 100. Schol. ἢ ποντίας αὐλῶνας· τοὺς παρὰ θαλάτταν τόπους στενοὺς· ἐκ δὲ τούτον τὰ πελάγη φησίν. ἀρα οὖν ἐν θαλάττῃ ἔστιν; Cetera, quae adit falsa sunt. Nam toto versu nihil nisi hoc significatur: 'utrum mare teneat (ναίει), an in alterutra continentē commoretur'. Ad participium autem κλιθέες intellegendum est ναίει. De nominis δισσούς significatione, quam mem-  
dum editorum perspexit, vide quae ad El. 1800 sq. adnotavi. Denique nomine ἡπαίροις duas continentē Asiam et Europam intellegi debere, in quas multi veterum omnem ter-  
rarum orbem diviserint, pluribus demonstravit Schaeferus Melet.  
critt. p. 36 sq. Postremo κλιθή-  
ναι τόπῳ τινὶ ex usu Homericō dici sic, ut sit 'in aliquo loco iacere, commorari', monuit iam Hermannus. Ceterum maxima pro-  
babilitate Margoliouthius αὐλῶνος coniecit; sic enim gen. ποντίας αὐλῶνος pendet a πόθι verbum-  
que ναίειν non intrinsiva trans-  
sitivam vim permuat.

V. 101. εἰπ', ὃ κτλ.] Quod re-  
petitum in fine membris εἰπέ est,  
de eo vide quae ad Ant. 814 ad-  
notata sunt. De ceteris recte scho-  
liasta ὃ κρατιστεύων· ὃ νικῶν  
πάντας τοὺς θεοὺς κατὰ τὸ  
ὅπτικόν. Καὶ Ὁμηρος· δὲ πάντ'  
ἔφορος. Cf. O. R. 660. El. 824.

V. 102. ποθουμένῃ] Schol. ἀντὶ τοῦ ποθούντος. Musgravius πονον-

τὰν ἀμφινεικῆ Δηιάνειδαν ἀεί,  
οἴα τινὶ ἄθλιον ὅρνιν, 105  
οὐποτ' εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον,  
ἀλλ' 105

εῦμναστον ἀνθρός δεῖμα τρέφουσαν ὁδοῦ  
ἐνθυμίοις εὐναῖς ἀνανδρώτοισι τρύχεσθαι, κακὰν  
δύστανον ἐλπίζουσαν αἰσαν. 111

(στροφὴ β').

πολλὰ γὰρ ὥστ' ἀκάμαντος ἡ Νότου ἡ Βορέα  
τις 110  
κύματ' ἐν εὐρέῃ πόντῳ βάντ' ἐπιόντα τ' ἰδοι 115

μένq, Meinekius πτοουμένq, Hen-  
sius φοβουμένq. Sed desiderii  
significatio huic loco vel maxime  
convenit. Quod autem Nauckius  
coniecit, πόθον πλέι, id sermoni  
propius. Videatur Sophocles ut  
alibi, ita etiam hic medium pro  
act. usurpavisse.

V. 103. Schol. τὰν ἀμφινεικῆ  
Δηιάνειδαν τὴν περιμέγητον.  
Brunckius interpretatur 'procorum  
certamine nobilem'. Immo 'expe-  
titam certamine procorum' explica.  
Cf. v. 527. Tum ἀεί adverbium  
positum quasi δακρυσιν sequatur.

V. 104. Schol. ἄθλιον ὅρνιν·  
τὴν ἀλκυόνα φησίν, ἡ τίκτει ἐν  
ταῖς ψφάλοις πέτραις, εἰτα, τῶν  
ώῶν ἀφανιζομένων, δακρύει. —  
γράφε ἄλιον δρυνιν, ἀλκυόνα· ἡ  
αγδόνα. Lusciniam puta signifi-  
cari. Cf. El. 149 et 1075 sqq.

V. 105. οὐποτ' — πόθον] Recte  
Hermannus explicat: οὐποτ' εὐνά-  
ζειν τὸν πόθον τῶν βλεφάρων,  
ῶστε γγρεσθαι αὐτὰ ἀδάκρυτα,  
coll. Seidler ad Eur. El. 442 et  
additam. ad Vig. p. 897. Praeterea  
confer Ant. 868 cum nota nostra.  
Non male scholiasta: πνυθάνο-  
μαι, φησί, τὴν ἀμφινεικῆ Δη-  
ιάνειδαν μηδέποτε τους ὄφθαλ-  
μους ἀδακρύτους ἔχειν, ἀλλ'  
ἀεί τῷ πόθῳ τῶν δακρύων νι-  
καμένην οδύρεσθαι.

V. 106. εῦμναστον — ὁδοῦ]  
Verba sic iungenda videntur: εῦ-  
μναστον δεῖμα ὁδοῦ ἀνθρός τρέ-  
φουσαν, i. e. ζηνσαν, coll. v. 28.  
De locutione δεῖμα εῦμναστον

comparat Neuius Aesch. Ag. 163  
μνάμων μῆνις, ibique Blomf. in  
gloss. v. 150. Τρέφουσαν pro  
φέρουσαν cum Casaubono scripsi.

V. 107. Schol. ἐνθυμίοις εὐ-  
ναῖς· ταῖς μεριμνητικαῖς, ταῖς  
πολυνφροντιστοῖς ἀνανδρώτοισι  
δέ, ταῖς ἐρήμοις τοῦ ἀνθρός.  
Vulgo ἐνθ. εὐν. ἀν. dativum loci  
esse putant; quae interpretatio  
multis de causis improbanda est.  
Ego dativum causae esse iudicio,  
aptum ex verbo τρύχεσθαι, coll.  
Matth. § 899, ita ut Sophoolem, id  
quod facere poetae solent, imagine  
quadam usum, εὐναῖς ἀνανδρώ-  
τοις, 'toto viduo', significare 'ab-  
sentiam mariti' voluisse statuum.  
Ea dicitur ἐνθύμιος, quod gravis  
et acerba Deianirae fuit.

V. 109. δύστανον] Adiectivum  
hoc sciungendum a nomine κακὰν  
et ad Deianiram referendum esse  
recte iam monuit Neuius, coll. v. 16  
et Phil. 291. De usu verbi ἐλπί-  
ζειν ad v. 293 sq. monitum est.

V. 110 sq. πολλὰ — ἰδοι] Ge-  
netivus ἀκάμαντος — Βορέα  
auctorem significat, ut apud Hom.  
B 397 τὸν δ' οὐποτες κύματα  
λείπει παντοῖων ἀνέμων, δτ' ἀν  
ἔρθ' ἡ ἔνθα γένωνται. Cfr.  
Krueg. II § 47, 5, 1. Praepositio-  
nem ἐν in libris omissam Er-  
furdius addidit. Verba βάντ'  
ἐπιόντα τε schol. recte explicat:  
τὰ μὲν ἀπιόντα, τὰ δὲ ἐπεργό-  
μενα. Fluctus enim succedere  
fluctibus dicuntur ut Hor. epist. II  
2, 176 *velut unda supervenit undam.*

οὗτω δὲ τὸν Καδμογενῆ  
στρέφει, τὰ δ' αὖξει βιότου  
πολύπονον, ὥσπερ πέλαγος  
Κρήσιον. ἀλλά τις θεῶν  
αἰὲν ἀναπλάκητον "Αἰδα σφε δόμων ἐρύκει. 120

(ἀντιστροφὴ β').

ἄν επιμεμφομένα σ' αἰδοῖα μὲν, ἀντία σ' οἶσω. 120  
φαμὶ γὰρ οὐκ ἀποτρέψειν ἐλπίδα τὰν ἀγαθὰν 125  
χρῆναι σ'. ἀνάλγητα γὰρ οὐδ'  
δ' πάντα υραίνων βασιλεὺς  
ἐπέβαλε θνατοῖς Κρονίδας.  
ἀλλ' ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰ 129

V. 114 sqq. Schol. Καδμογενῆ τὸν Θηβαγενῆ 'Ηρακλέα. 'Ηρακλός (Theog. 530). δῆρος 'Ηρακλῆς Θηβαγενέος κλέος εἴη. De locutione autem vide quae ad O. R. 1 adnotavimus. Tum de δέ particula in apodosi posita ad El. 27 monitum est. Certissimum est τὸ βιότου πολύπονος nominativum esse subiectumque utriusque verbi, et στρέφει et αὔξει, ita ut, 'quemadmodum in mari ventis perturbato fluctus succedere fluctibus videmus, ita Herculem agitare tot vitae labore dicantur, quot maris Cretici fluctus sint'. De usu verbi στρέφει, quod Reiskius scriptis pro τρέψει, cfr. Eur. frg. 536 φέν, τὰ τῶν εὐδαιμονῶν τῷν ὡς τάχι στρέφει θέσες. Quod non τὸ μὲν στρέφει, τὸ δὲ αὔξει dicitur, maior vis cadit in verbum στρέφει, ut si habeas: 'Innumeri labores Herculem obruant, alii quidem eum augent'.

V. 117. Schol. Κρήσιον ὡς πάνυ γειμαζομένης τῆς περὶ Κρήτην θαλάσσης. Cf. Horat. Od. I 26, 1 sqq. et Strabon. X 4.

V. 117 sq. Schol. ἀναπλάκητον ἄπταιστον. Ἀναπλάκητον est 'non aberrantem a scopo, sive consequentem quae velit', i. e. 'feliciter labores impositos perficientem'. Vide quae ad El. 1022 de usu verbi ἀμαρτάνειν monimus.

V. 120. ὁν.. οἶσω] Sensus hic est: 'Quam ob rem (i. e. quod

quamquam deus quidam Herculem tutatur, tamen omnia funesta metuis) reprehendens te quamvis vetricunda, tamen contraria afferam'. De ὁ επιμεμφομένη σε cfr. Hom. A 65 εὐχώλης επιμέμφεται, Aesch. fr. 199, 2 οὐ μάχης . . μέμψῃ et vide Krueg. I § 47, 21 et II § 47, 21, 2. De usu adiectivi αἰδοῖα, quod ex Musgravii coniectura pro ἀδεῖα scripti, cfr. Aesch. Suppl. 200. 464.

V. 121. Schol. οὐκ ἀπογνῶναι, οὐκ ἀποκάμψειν, οὐκ ἀποβάλλειν, οὐκ ἀποδοκιμάζειν.

V. 124 sqq. ἀνάλγητα — Κρόνιδας] 'Doloris enim vacua ne cuncta quidem gubernans rex dat mortalibus Saturnius', i. e. ne is quidem, cuius summa est potestas, Iuppiter, ut nullis doloribus mortalis laborent, perficere potest, scilicet fati obstantibus. Cf. v. 130 sqq. M. Schmidtius coniecit ἀνάλακτα. De οὐδέ particula ex multis exemplis unum affero Eurip. fragm. 481 v. 4 sq.: καὶ τόνδ' (τὸν ΕἼετα) ἀπείρειν οὐδ' ὁ παγκρατής οὐδεὶς Ζεὺς, ἀλλ' ὑπείκει καὶ θέλων ἔγκλινεται.

V. 127 sq. ἀλλ' ἐπὶ — κυκλοῦσιν] i. e. ἐπικυκλοῦσι κάσι πῆμα καὶ χαρά. Apte autem verbo ἐπικυκλεῖν usus hic poeta est, siquidem nunquam cessant bona et mala tanquam in orbem acta redire. Eam ipsam autem ob causam, quod perpetuus est illa malorum et bonorum vicissitudo, comparatur

πᾶσι κυκλοῦσιν, οἶν τὸ ἄρχτον στροφάδες κέ-  
λευθοῖς.

(ἐπωδός.)

μένει γὰρ οὗτ' αἰόλα τὺξ βροτοῖσιν, οὗτε	
	Kῆρες, 130
οὗτε πλοῦτος ἀλλ' ἄφαρ βέβακε, τῷ δὲ ἐπέρχεται	
χαίρειν τε καὶ στέρεσθαι. 136	
ἄ καὶ σὲ τὰν ἄνασσαν ἐλπίσιν λέγω	135
τάλαιναν ἰσχειν· ἐπεὶ τίς ὁδε	
τέκνοισι Ζῆν' ἄβουλον εἶδεν;	140

### ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Πεπυσμένη μέν, ἃς σάφ' εἰκάσαι, πάρει  
πάθημα τούμον· ὡς δὲ ἐγὼ θυμοφθύρω,  
μήτ' ἔκμάθοις παθοῦσα τὸν τὸ ἄπειρος εἰ. 140

cum conversione ursae, quippe  
quae perpetuo gyro in caelo ver-  
tatur et omni anni tempestate se  
conspiciendam praebeat. Cf. Hom.  
Σ 487 sqq. Λόγον θ', ἦν καὶ  
ἄμαξαν ἐπικλησιν καλέοντιν, ητὶ<sup>τ</sup>  
αὐτον τρέψεται καὶ τὸ Θελῶνα  
δοκεῖν, οἷη δὲ ἄμμορός ἐστι  
λοερῶν Ωκεανοῦ. Speciose Nau-  
kius proposuit: ἀλλ' ἐπὶ τῆμα  
καὶ χαρᾶν πᾶσι κυκλοῦσιν αἵ-  
λευθοῖς.

180 sqq. μένει γὰρ — στέρε-  
σθαι] Recte haec iam Hermannus  
interpretatus est ita: ‘nec nox ma-  
net mortalibus, neque res adversae,  
neque opes, sed cito relinquunt, et  
ad alium accedit gaudere priva-  
riique’. Poterat idem adicere pro-  
nomen illud, cui oppositum sit τῷ  
δέ, contineri iam nomine βροτοῖ-  
σιν, ita ut ad verba ἀλλ' ἄφαρ  
βέβακε addi non necesse esset;  
quae verba accuratius iam sic in-  
terpretere: ‘sed cito ab alio procul  
sunt’.

V. 134. Schol. στέρεσθαι· ἀντὶ<sup>τ</sup>  
τοῦ λυπεῖσθαι καὶ στέρεσθαι  
χαρᾶς. τίνος δὲ στέρεσθαι; δη-  
λονότι τοῦ χαίρειν. Variavit ora-  
tionem, verbis χαίρειν τε καὶ στ.  
idem significans atque iis, quae  
v. 127 posuit, χαρᾶ καὶ πῆμα.  
Similiter dictum El. 266 κάν τῶνδέ  
μοι λαβεῖν θ' ὅμοιως καὶ τὸ τη-  
τάσθαι πέλει.

V. 135. Schol. ἄ καὶ σὲ τὰν  
ἄνασσαν ἀπειρ καὶ σὲ λέγω χοή-  
ται φρονεῖν καὶ χοησταց ἐλπίσι  
θύσκεσθαι. η οὔτως ἄ καὶ σὲ  
θυνόμων φροντίζειν, ὅτι τρέ-  
πονται καὶ ἐν πακῶν ἐπὶ ἀγαθὰ  
τα ἀνθρώπινα. De accusativo τὰν  
ἄνασσαν, pro quo vocativum ex-  
spectaveris, ad Ant. 1090 diximus,  
de λέγω, ‘iubeo’ significante, ad  
O. C. 835 sq. Denique de locutione  
ἐλπίσιν ἔχειν apte adscripsit Neuius  
Thucyd. II 8 οὕτως ὁργῇ εἰχον  
οἱ πλεῖον τοὺς Ἀθηναῖον. —  
τάλαιναν pro ταδὲ αἴτε, in qui-  
bus ταδ' post ἄ incommodum,  
cum C. Metzgero scripsi.

V. 137. Schol. Ζῆν' ἄβουλον·  
δύσθιστον καὶ κακόθιστον, μὴ  
θυντεύμενον τοῖς ἴδιοις παισι  
τὸ συμφέρον· διὸ μηδὲν φαῦλον  
περὶ Ἡρακλέους ἐλπίζει· οὐ γὰρ  
παρορᾶ τοῦ ἑαυτοῦ παιδὸς δὲ  
Ζεύς. Ceterum recte Musgravius:  
ἀδε, ‘adeo, tantopere’; quantum  
tu scilicet in animo fingis.

V. 138. ὡς σάφ' εἰκάσαι] ‘Ut  
licet conicere’. Sic scripsi pro ὡς  
ἀπεικάσαι. Cf. Oed. Col. 16 cum  
adnotatione nostra. Hermannus ὡς  
ἐπεικάσαι.

V. 140. μήτ' ἔκμάθοις πα-  
θοῦσα] Notum est παθὼν ἔξ-  
μαθον esse ‘experiencia eductus  
sum’. Cf. O. R. 403 παθὼν ἔγνως  
ἄν, οἰα περ φρονεῖς. Tum ex

τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖσδε βόσκεται  
χῶροις, ἵν' αὐτονοτος οὐθὲν θεοῦ 145  
οὐδὲ δύμβρος, οὐδὲ πνευμάτων οὐδὲν κλονεῖ,  
ἀλλ' ἡδοναῖς ἀμοχθον ἔξαιρει βίον,  
ἐς τοῦθ', ἕως τις ἀντὶ παρθένου γυνὴ 145  
κληθῆ, λάβῃ τ' ἐν νυκτὶ φροντίδων μέρος  
[ἥτοι πρὸς ἀνδρὸς η τέκνων φοβονμένη]. 150  
τότ' ἂν τις εἰσίδοιτο, τὴν αὐτοῦ σκοπῶν  
πρᾶξιν, κακοῖσιν οἷς ἔγα βαρύνομαι.  
πάθη μὲν οὖν δὴ πόλλ' ἔγωγ' ἐκλανσάμην· 150  
ἐν δ', οἷον οὕπω πρόσθεν, αὐτίκ' ἔξερῶ.  
δόδὸν γὰρ ἡμος τὴν τελευταίαν ἀναξ 155  
ώρματ' ἀπ' οἴκων Ἡρακλῆς, τότ' ἐν δόμοις

libro deteriore *vñ t'* recepi. Optimus liber exhibet *vñ d'*, quae particula locum non habet nisi mutata orationis forma ut v. 1151—1153.

V. 141 sqq. τὸ γὰρ νεάζον — οὐδὲν κλονεῖ] Comparantur tenerae puellae cum plantis sive arboreibus, eo in loco sitis, quo neque nimio aestu solis neque imbre neque vento pessumdentur. Cf. Hom. s 478 sqq. τοὺς (θάμνοντας) μὲν ἄροις οὔτε ἀνέμων διαιτει μέρος ὑγρὸν ἀντιτονεῖ, οὐδὲ ποτε. Ἡέλιος φαεθῶν ἀκτίσιν ἔβαλλεν, οὔτε ὄμβρος περάσασκε διαμπερές coll. τ 440 sqq. Soph. O. C. 675 sqq. et Aiac. 558 sq.

V. 142. χώροις ἕτεροι ex Musgravii coniectura scripsi. Libri χώροισιν. Tum ex mea emendatione reposui αὐτονοτος, pro quo libri αὐτοῦ καὶ νῦν habent. Fortasse tamen praestat αὐτῷ κατόν οὐ.

V. 144. ἀλλ' ἡδοναῖς — βίον] Quod per se spectatum insolenter et contra omnem usum dictum videtur, βίον ἔξαίσειν, id mihi quidem satis aptum huic loco videtur, in quo cum puellae cum plantis comparantur, felicissime accrescentibus, recte eae dici possunt 'se tollere', i. e. 'adulescere' sive 'progrescere'. Nam βίον ἀμοχθον ἔξαίσειν idem fere est atque ἐν βίῳ ἀμόχθῳ ἔξαίσειν ἁντόν. Similiter El. 608 dictum αὐτανῶ βίον est. De dativo ἡδοναῖς vide

Matth. § 400, 5. Krueg. I § 48, 15, 16.

V. 146. λάβῃ τ' — μέρος] Qui-dam editores ἐν νυκτὶ iungunt cum φροντίδων, explicantes: 'nocturnas curas acceperit'. Quod non probandum videtur. Νύξ diecitur ea nox, qua primum maritus ad sponsam accedit. Cf. Soph. fragm. 524 v. 11 καὶ ταῦτ', ἐπειδάν εὐφρόνη ζεύξη μία, γοεών ἐπαινεῖν καὶ δοκεῖν καλῶς ἔχειν et Hom. Od. σ 271 νύξ δ' ἔσται, δέ τις δὴ στυγεός γαρος ἀντιβολήσει οὐλομένης εμέθεν.

V. 147. Schol. η πρὸς αὐτῇ τῆς ὑπέρ. Vide ad O. R. 1400. Spuriū hunc versum esse primus vidit Dindorfius. Turnerius coniecit πρὸς τὰνδρός.

V. 148 sq. τὴν αὐτοῦ — πρᾶξιν] Schol. τὸ αὐτοῦ ὡς πρὸς τὸ νέον ἀποδέδωκεν. Immo vide quae ad El. 758 adnotata sunt. De substantivo πρᾶξις, 'statum' sive 'condicionem' significante, cf. v. 294. Ai. 790. 792. Ant. 1804 sq. Deinde κακοῖσιν οἷς per attractiōnem dictum pro κακᾷ, οἷς, non pro οἷς κακοῖσιν.

